





Copiése la portada.

M.S. 4.º pergamino, foliado hasta 370.- Completo, bien tratado.

R = Fuente.





S. FRANCISCVS DE BORGIA


ORa PRO ME

tractatus

de profundissimo SS^ma^ trinitatis
misterio.
Itinens, quae Preceptor Angelicus
D. Thomas
per quaestiones decem et septem divisit.
videlicet
a quaestione vigessima septima usque ad
quaestionem quadragesimam tertiam
Diversis
Scholasticis disputationibus enucleata.
opus
SS^mo^ Parenti nostro
Divo Ignatio de Loiola Dicatum
sacrum quem
In hoc Sacrae Societatis Collegio predictus
enucleante
R^mo^ P^e^ M^o^ Ioanne de la Fuente
theologiae sacrae
Professore.
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
sexagesimo nono.



Scribebat D^n^ Didacus Berlanga virginis
Dei parae in coelos assumptae
purpuratus collega, predicti Collegii







Auditoribus praefamur.

Si quae est Auditores mei in universa theologia difficilis quaestio, et quae suae magnitudinis pondere errantem mentis intuitum non deprimere modo, sed et penitus obruere videatur, ea quidem est quam in praesentiarum enucleandam suscepimus: ut in testis est Augustinus libro de trinitate c. 3o ubi quaeritur unitas trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti, maxime quisque debet de propria tenuitate diffidere, quod nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur. quibus certe verbis ita dire vexatus est alius, ita mens huius conde dubiis cogitationibus agitare putavit, ut fere poenituerit, vestris dum annuisse votis, fidemque de hac materia tractanda semel, et iterum obstrinxisse. Quis vero quis audeat sine formidine curiosius investigare. ubi nusquam veritas sine labore? quis securo tramite praesumat incedere, ubi sine ingenti labendi, vel errandi periculo vix potest humana mens, etiam quidquam cogitare. Praeterea si scribentis, vel publici docentis lex debet esse materiam sumere propriis viribus aequalem, ne dum mensuram excedit, praetereat et captum; quis nos iure merito temeritatis non arguat, dum ego materiam aggredimur, cui non modo non vires, verum etiam ipso lumine fidei, cuius ope poterant ad sublimitatem mitteri. manuducti penitus videntur deficere? quo fit, ut hoc trinitatis arcanum inscrutabile undique, et imperceptibile appareat, ut pote lumen inhabitans inaccessibile.

Sic equidem motus fateor mentis et animi a proposito revocaremus nisi Hilarius audirem libro 2 de trinitate sic opportune perlectum: in serere in hoc secretum et inter unum ingenitum et unigenitum Deum arcano te inexpugnabilis nativitatis immerge. Suscipe; percurre, persiste et sin perventurum sciam gratulor in profecturum, qui enim pie infinita prosequitur et si non contingat aliquando, semper tamen proficiet prodeundo. Aequi igitur procedamus

damus

ad deamus, imo et ipsius ssmę trinitati invocatione praemissa, et eiusque fidei caeco utique; et simul acuminato fulgore praemuniti, non solum foelix auspicium, sed etiam incrementa non modica sperare, et obtinere contendamus: nam ut optime docet Richardus Victorinus lib. 4° de trin. c. 3 ad eorum notitiam de quibus recte dicit nobis Isaias: 1° si non credideritis, non intelligetis, oportet quidem per fidem intrare, nec tamen in ipso introitu subsistere, sed semper ad interiora, et profundiora intelligentiae properare, et cum omni studio, et summa diligentia insistere, ut ad eorum intelligentiam, quae per fidem tenemus, quotidianum incrementum proficere valeamus.

Ecce studiosi, totius nostri tractatus scopus, et methodus, non quidem inventum nobis; non inquam aliorum imperitis, aut ingeniose constructis cogitationibus, non insuper bene vel male fabricatis commentis, ex proprio cerebro adductis; res adeo difficilis, difficiliorem reddi[?] [...] nobis aliis; sed cum omni studio, et summa diligentia insistere, ut ad eorum intelligentiam, quae per fidem tenemus, eorum videlicet, quae ex scriptura sacra conciliis, et Patribus proferri contingimus per sanam, facilem, et veram doctrinam vos docere nitimur. Hoc autem nostra contra tenuitatem confidimus, quam obventurum speramus Dei ipsius omnipotentis, cuius unitatis dum trinitatem in unitate pro modulo nostro explandam aggredimur, adiutrice et assistrice sapientia desuper derivata. Maxime vero sub tutellari Patrocinio Parentis nostri D. Ignatii de Loiola, cuius eorum ideo hoc nostrum opus appendimus, quia mirifice abstractus de trinitatis misterio, in ipso suae sanctitatis tyrocinio praeclarum de illo librum exaravit. Audii adhuc spiculo, superiori in intelligentiae lumine, et Numine divinitus eruditus. Faculis Deus optimus, ut subullius praecibus et meritis idem nobis affulgeat et ad tanti misterii dignam

elucid.

elucidationis salutaris q notitiae foeliciter manuducat. 3

Operis partitio.

Cum plura occurrant circa SS.mae Trinitatis misterium varie evoluenda, rectaq. dicendi, et docendi methodus exposcit, ut seorsim et sine confusione singula percurrant, illius e unius huius de Trinitate tractatus in quinque partes dividere quarum prima veluti prohemialis ad ceteras existentiam Misterii statuet ex fide, et deinde cognoscibilitatem illius ad examen adducet. 2a de divinis originibus, seu processionibus late disputabit. 3a sermones instituet de relationibus divinis, deque componenda unitate esse cum personarum Trinitate. 4a de personis in communi quae relationibus constituuntur, ac de constitutivis personarum. 5a deniq. ad singulas personas singillatim stylus converter, nec non quae de missionibus divinis, et siqua restiterint alia Theologicis digna disputationibus eadem non omittet. Haec omnia complexus est D. Thomas a quaest. 27 de S. et sequentibus, quae numerantur a quaest. 27 usque ad 43 primae partis et eodem fere ordine.

Pars Prima

De existentia et cognoscibilitate misterii SS.mae Trinitatis.

Angelicus preceptor D. Thomas ab originibus, seu processionibus divinis inchoat exordium eorum, quae circa Trinitatem diligenter per quaestiones supra numeratas, et eius de difficultatibus ordine pertractant, cui scriptores vestigiis ipsius insistentes, id quod merito quidem, quia cum disputationes has de Deo trino disputamus, de Deo uno distanti serie iungant, et omnibus illis notitiis de existentia Dei, et de illius cognoscibilitate premittunt; hic opus hic singillatim miscere sermones de Trinitatis existentia, et cognoscibilitate. Nos vero qui non scribendi, sed docendi munus exequimur, dum de Trinitate tractatum instituimus, ab ostensa ipsius existentia et cognoscibilitate

de huius incipere, ut deinde gradus ad subsequentes diffi-
cultates ingruenter pare muy q̃mobere, quo magis gramuy exi-
miũ ntrę provinciæ Magistrũ; quorũ sicut veneramur doc-
trina, imitamur, et methodus

Disput. 1a

De misteriũ SSmæ trinitatis existentia

Sectio 1a.

Statuitur chatolica veritas de Div. trinit.

Dixit ex Ricardo Victorino ad trinitatis cognione de-
bere nos per fidẽ intrare, ꝗ precipue de hoc misterio
intelligit illud Isaię 7o Si nõ credideritis nõ intelligetis.
Propterea ꝗppe præmittenda nobis est, et statuenda chato-
lica veritas, quę respicit et tamquã objũ examinandus
subi uponit iste tractus. Docet enim fides ntra, tenet ꝗfate-
tur quicũq chatolicus, in Deo tres ẽẽ personas realiter inter se
distinctas: scilicet personã patris, personã filii, et personã
Spiritus sancti, quarum quęlibet verus Deus quin tn̄
ideo tres Deos admittamus distinctos; sed unus solus verus et
eiusdẽ Deus in hac personarum trinite veneremur, ꝗ in illis
tribus personis eadẽ ẽ essentia, eadẽ ꝗ subsistentia Dina quę
cũ quelibet personã dinã identificat.

Certe hoc ẽ eximius,
imo et sublimius ntrę religionis arcanus, cuius maxima
difficultas in eo sitã ẽ, ꝗd id voluat duo longẽ, lateque
int se distantia, et dissidentia, nempe trium personarũ
distinctionẽ, et unitatẽ essę. At vo ut facilius statuat, et
ꝗbet, notandus ẽ totũ hoc misterius, et difficultatẽ illius ꝗ-
tuatuor ꝗponiꝗ õknori, quę oẽs defide sunt. 1o docet
unus ẽẽ Deus et illius essã ẽẽ unã: 2o, tres ẽẽ personas dinas
realiter, et vere distinctas; nõ plures nec pauciores. 3o primus

personã

personæ SS.me trinitatis esse improductam, et esse patrem. 2.a persona esse filium et a 1.a generari, tertia vero persona non generari, sed procedere a 1.a et 2.a, et esse spiritum sanctum. 4.a denique propositio tenet 3. personas trinitatis esse Deum, et eius esse Deum 1num, et eius esse Deum 3. — Et ultima harum propositionum probanda hic est, et insinuanda: quoniam illius specialis probatio sicut et 3.a pro quibus hec sunt propria loca in hoc tractatu.

Primum itaque ad probationem earum accedamus, proponendo et totum trinitatis misterium ex scriptura sacra videlicet unitas eius cum multiplicatione personarum. et quidem illustratur ex 1.o Genesis ubi videtur Deus alias personas ad creationem hominis invitare verbis illis. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. ad quem philosophorum hebreorum docent ecclesiæ Patres, et theologi cum D. Thoma 1.a parte quest. 9. articulo 2 cum ibi personas non esse creatas quia scriptura soli Deo tribuit hominis creationem: unde sole personæ divinæ videntur ad illos invocari. vide circa hoc RR. Suarez de opere sex dierum lib.o 3.o c. 10. similiter ex cap.te 18 ubi memorat Abraham tres vidisse, et unum adorasse, videlicet tres personas et unum Deum - rursum Isaiæ cap. 6. cantabant Seraphici spiritus; Sanctus Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. ubi ter dicitur Sanctus propter personarum trinitatem, et semel dicitur Dominus Deus propter unitatem eius.

Clarius adhuc quam supra hec ostenditur, et explicatur misterium hoc ex novo testamento: primo ex Mattheo cap.te videlicet ubi dicitur christus Dominus misisse apostolos ad predicare gentibus Evangelium, et illos sic instruxisse. Baptizantes eos in nomine Patris, et filii, et spiritus sancti. continens trinitatis personarum suis nominibus expressis et etiam

etiã unitas eius expresse signatur per illud uox in noe. tũ
etiã ex 1a Ioannis c. 5o ubi dicit: tres sunt, qui testimonium
dant in coelo Pater, uerbum, et Spiritus Sanctus, et hi tres
unum sunt. tum deniqz ex pluribus aliis testimoniis, quae uide-
ri poterunt apud Pm Vasquez et Pm Montoia copiose cum-
ulantes hoc argum. nos [illegible] conclusiones
supra positas, accingimur, quo fiat ut Chatolica veritas
de trinitate Diuina firmissime statuatur.

Verò supposito de-
cem Deus eo unus, et illius essentia est una, quoad 1am partem Tri-
nitatis Dei est directe contra Atheistas, qui Deum esse negant. et etiam
contra Gentiles, qui plures Deos admittunt, et etiam contra Hereticos
somniantes, Deum esse unum non numerice, sed specifice: non
aliter atque Petrus, Paulus, et Ioannes dicuntur unus homo unitate
quadam specifica, non unitate numerica. Huius generis Here-
ticos, simul et aliquos refert, et refellit Pater Montoia disp.
20 de Trinitate et sequentibus. ceterum nostra propositio, quoad hanc
partem unitatis Dei sufficienter probatur testimoniis supra po-
sitis, possetque deinde pluribus rationibus euidentibus demon-
strari; a quibus consulto abstinemus, quia negotium hoc pertinet
ad materiam de attributis, ubi contra Atheistas ostenditur esse aliquam su-
bstantiam increatam, a qua cetera omnia creata procedant et depende-
ant, et contra Gentiles ostenditur esse non posse plures Deos.

Iam vero
quoad aliam partem de unitate essentiae Diuinae, quam asserit eadem propositio
manifeste colligitur ex 1o: quia nemo non uideat, quod si plures
essent essentiae, plures etiam essent Dii: sicut quia plures sunt
essentiae Petri, Pauli, et Ioannis, plures sunt homines. ex qua
ratione probatur Deus est unus et non plures, deducitur, in Deo non
esse plures essentias, sed unam. Suadetur praeterea, quia pluribus

in

in dictis, praesertim Niceno et Constantinopolitano (quae in se a summis Pontificibus approbata sunt) definitum est, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum esse tres personas consubstantiales, hoc est eiusdem substantiae et esse; quod ipsi acerrime impugnarunt Ecclesiae Patres, tum Graeci, quam Latini: sicque hoc fuit illa toto terrarum orbe celeberrima contentio de homousion reluctantibus Arrianis totis nervis, et pro viribus defendentibus Chatolicis, quae vox latine significat idem ac rei eiusdem esse. Filium itaque asserebant Chatolici esse Patri homousion hoc est eiusdem cum ipso, et idem dicendum de Spiritu sancto.

Nec praetereundum fuit pro voce homousion alias convenire et in Ecclesiam invehere contendisse Haereticos, quibus parum cauti imposuerunt videlicet heterusion, homeusion et synusion quarum prima directe opponitur homousion significat enim idem atque rei diversae naturae. Secunda vero idem significat atque rei similis naturae, licet quae sit sanus sensus, in quo Filius sit similis in natura Patri; Minime sustinere noluerunt Patres Ecclesiae, vocem homeusion quam fraudulenter illi innuebant Haeretici, animo significandi similis et distinctae naturae Filii: Tertia denique vox idem significat atque vox naturae simultaneae, seu coexistentis: qua etiam distinctionem naturae denotare volebant, quare praeter omnes haec voces ab Haereticis intrusae damnatae sunt ab Ecclesia Chatolica ut testis est Pater Montoia disp. 2 + de trinit. sect. 5a quem si placet videre poteris.

Tandem identitas essentiae Filii cum essentia Patris probatur ratione Theologica: quia Pater Deus producendo Filium communicat illi suam essentiam, atqui non communicaret illi suam essentiam, si aliqua distinctio in Filio produceret: ergo in Filio non est alia essentia et ab essentia Patris distincta. Minor est manifesta: quia distinctionem essentiae producere, non potest essentiam communicare.

2.

et ad summum communicare alteri eius, ne patrô producto maior esset. et confirmat verbum illud Xp̃ti domini loquentis cum Patre ipsum glorians dicens omnia mea tua sunt, et tua mea sunt: frustra enim gloriaret, quod omnia Patris sua sint, et quod omnia sua sint Patris; si essentia Patris non esset essentia filii; et essentia filii non esset essentia Patris. ergo Pater producendo Filium communicat illi suam essentiam. et eadem ratione est de spiritu sancto, cui Pater et Filius eandem essentiam communicant.

2a propositio cuius probationem breviter insinuandam promisimus, duas etiam continet partes. prima docet esse tres personas divinas, contra Sabelianos, qui unam tantum personam divinam admittebant, et sub diversis considerationibus et diversis nominibus appellabant: nam quatenus est creator, nominabant illum Patrem et eundem quatenus incarnatus, nominabant Filium. et eundem rursus appellabant spiritum sanctum, quatenus est causa sanctitatis, et infundit supernalia dona. 2a hoc confirmat veritatem catholicam contenta in hac parte ... illud testimonium scripturae sacrae, quo una persona divina loquitur alteri, horum est illud, quod supra tetigimus ex capite I Genesis. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, cui consonat aliunde ex capite 3: ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.

Et etiam illud ex capite II: venite descendamus et confundamus ibi linguam eorum. quae omnia de pluralitate personarum interpretantur Concilia Nicenum, Antiochenum et alia et ex sanctis Patribus Basilius, chrisostomus, Nisenus, Athanasius, Tertulianus, Ambrosius, Hilarius et alii apud ... Montoia. confirmatur ulterius praedicta veritas ex novo testamento, locis illis quibus christus Dominus promitti Apostolis spiritum sanctum a Patre mittendum, sicque Joannis 14: ego rogabo Patrem ~~...~~ et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in aeternum spiritum veritatis. Joannis 15: quem ego mittam vobis a Patre spiritum. similiaque habentur ad Galatas

Gallatas c. 2º ad Titum 3º et Sº Joannis 4º. que clare probant aliam
ẽẽ personam, que promittitur, nempe Spiritum Sanctum; aliam perso-
nam per quam promittitur nempe Filium, et aliam personam a qua
mittenda promittitur, nempe Patrem: ergo &.

Tertia pars eiusdem propositionis docens ẽẽ tantum tres personas et non pauciores, ẽ contra Macedonium Hereticum, qui divinitatem Spiritus Sancti denegabat. Ratio 1º assertionis probata manet locis huiusque alegatis; quibus Spiritus sancti divinitas ostenditur. maxime in verbis illis Joannis Capite 14: alium Paraclitum dabit vobis Spiritum Veritatis, qui a Patre procedit: procedit enim a Patre et est quidem Deus cum illo per identitatem naturae. maneat ergo ratione roborata in probatione 4ª prop., cuius pars ẽ, Spiritus Sanctus ẽẽ Deus, quod autem personae divinae non sint plures, definitum ẽ in Concilio Lateranensi Capite Damnamus Confirmante, et in Concilio Toletano 11 in confessione fidei, quae posterioribus conciliis chatolicorum recepta sunt.

Denique 4ª propositio asserens Filium et Spiritum Sanctum ẽẽ Deum non melius probabitur quam Evangelii sermonem instituendo. ipse Deus testatur Christus Dominus Joannis c. 26 sic loquens ad ipsum Patrem. ut cognoscant te solum Deum verum et capite 20 dicens ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum Deum meum, et Deum vestrum. probat etiam ex 2ª Pauli ad Corinthios capite 10. Benedictus Deus et Pater domini nostri Jesu Christi. Dum Petri 1ª Capite 1. Cum ~~pr...~~ scientia Dei Patris.

Quinque Filium ẽẽ Deum clarioribus textibus utriusque testamenti convincitur. Baruc 3º dicit, hic ẽ Deus noster (loquens de filio Dei paulo inferius addit) Post haec in terris visus ẽ, et cum hominibus conversatus ẽ. Joannis 1º. verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. D. Thomas Apostolus apud Joannem Capite 20 Deus meus, et Deus

Meus,

5ª Joannis 5º vt simus in vero filio eius, hic est verus Deus. Ad ad Philipenses 2º: non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. quid plura? ac tandem Spiritus sanctus esse Deus præter plura alia testimonia, probatur et Divinum illud celebre D. Petri in actibus Apostolorum capite 5 ubi cum Anania sermonem habens, ait: cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri Spiritui Sancto? non mentitus homini, sed Deo. ex quibus omnibus manifeste statuitur chatolica veritas, ~~quam initio~~ quam initio sectionis assumpsimus de mistereo trinitatis, et illius existentia Divina.

Sectio 2ª

Hæreticorum argumenta solvuntur.

Longissimus esset omnia Hæreticorum delira menta recensere, omnia quæ argumenta, quibus utuntur, inculcare. Capita solum et difficiliora percurremus; et ex illis facilis erit ad alia quæcumque responsio. Et Sabelini, qui personarum multiplicitatem negant, sic opponunt ex scriptura sacra: Christus Dominus ait Joannis capite 10 ego et Pater vnum sumus: et Joannis capite 14: ego in Patre et Pater in me est et huic similia passim inveniuntur: ergo inter Filium et Patrem vnitas datur, et non pluralitas personarum. huic facile respondetur. est enim in Patre et Filio dumtaxat, et eadem natura, quod satis est ut dicatur Patrem et Filium esse vnum, vel in natura, quamvis cum in Patre et Filio reperiatur diversitas personarum. Statim etiam est ut dicatur Pater esse in Filio, et Filius in Patre, sive propter identitatem naturæ, sive per admirabilem circumincessionem, de qua suo loco.

Replicatur: ea quæ habet Pater, omnia dedit Filio, ut Filius ipse testatur: sed in patre natura paternitas, ergo erit etiam in Filio a Patre data: sed Pater et Filius non solum sunt vnum vnitate naturæ, verum etiam vnitate personæ; et consequenter eadem quæ est persona Patris, est etiam Filius; et idem dicendum erit de Spiritu sancto. Patre Patris omnia dedit se Filio propter esse Patrem, vel ex ipso testimonio Christi Domini per bonum

ca

cog inferri. Exprimit enim et [illegible], et Filius, et ~~[illegible]~~ dans, et accipiens: atque non pote idem esse Pater et Filius sub eius dem ~~[illegible]~~ pote idem, et sub eius dem esse dans et ~~[illegible]~~ accipiens: ergo potius inferri distincto, quae est notionis personarum ex verbis Christi Domini. quare li omnia positum in replica debet intelligi accommode distributum iuxta explicationem Doctorum, et Patrum in sensu dicto. Ariani vero sic opponunt 2° ostendentes Filium non esse Deum: nam in primis ipse Christus Dominus eloquens Patri ait Joan. 17 Solum Deum verum ut cognoscant te solum Deum verum et quem misisti. 1 ad Corinthios 8 dicitur: nobis unus est Deus Pater, et unus Dominus Jesus Christus. ex quibus sic arguunt, Pater solus est Deus: ergo Filius non est Deus: consequentia patet ex positione particulae exclusivae, solus, quae reddit hunc sensum Pater est Deus, et nihil diversum a Patre est Deus.

Respondetur particulam solus positum in verbis relatis non esse adverbium, sed nomen, cuius sensus est. ut cognoscant te esse ~~[illegible]~~ solum, et unicum Deum: sic enim habetur in textu graeco. unde per illam particulam excluduntur plures Dii, non tamen excluduntur plures personae; quare negari [illegible] Filium et spiritum sanctum esse unicum, et solum Deum [illegible] exponi exclusive: Pater ~~et~~ est Deus et nullus alius est Deus. [illegible] sit alia persona, quae sit idem Deus. imo ex hoc eodem textu, si integre referatur manifeste probant, et defendunt hunc sensum Athanasius, aliique Patres, ~~[illegible]~~ de Filio, ut probent eiusdem [illegible] iste, nam immediate post verba illa, ut cognoscant te solum Deum verum, subiungit, et quem misisti Jesum ~~[illegible]~~ Christum: quasi dicat, ut cognoscant te, et quem misisti Jesum Christum esse solum Deum verum: non ergo excludit Filium a Deitate per haec verba.

2° Respondetur ad mentem Chrysostomi Cyrilli et Basilii, ~~[illegible]~~ particulam solus afficere [illegible] proprietates personales; quare habet vim excludendi a Deitate omnia supposita, quae sunt diversa non [illegible] personae, quae participant eandem naturam cum Patre

videlicet Filius, et Spiritus Sanctus, et iuxta hunc sensum sic exponitur exclu-
siva: Pater est Deus, et nihil quod sit distinctum ab eo Pater est Deus: cum Filius
non sit distinctus ab eo Patre, fit quod non excludatur a Deitate, qua Deus
est Pater. In eodem sensu venit intelligendus Paulus: non tamen excludit
~~Dominium Dei~~ Deitatem Christi, ex eo quod dicat unus est Deus Pater: sicut
non excludit Dominium Patris, quia dixerat unus est Deus, ex eo quod di-
cat unus est Dominus Jesus Christus. Concludo itaque, in his et similibus
variis exclusivis unus aut solus, tantum non excludere personas
quae non sunt eiusdem naturae: non Filium, vel Spiritum Sanctum, quorum est eadem natura cum
Deo.

Opponunt 3° et acrius, in sacra Scriptura dicitur Verbum Dei factum
esse, et in Proverbiis Sapientia ipsa se dicit creatam. Dominus creavit
me in initio Viarum suarum. itaque Deus creatus non est, nec factus.
Ergo Filius, qui Verbum et Sapientia patris est, non est Deus. rursus [illegible]
Ergo Julii Smirnensis canone 3° docentes quamvis esse Filium Patri
in mundi conditione, et obsequi non esse personae Domini et personae
maioris et creatae: ergo etc. Praeterea Christus ipse Dominus se dicit maiorem
Patrem. ait enim: Pater maior me est: dicitur etiam frequenter esse servi-
us: formam servi accipiens, dicitur esse obediens: factus obediens
At Deus neque maior altero, neque servus alterius potest esse, nec
obediens alteri: ergo Filius non est Deus. Haec et alia obiiciunt, quae quia
nolunt credere, intelligere non possunt.

Deo Sacrae Scripturae loqui
de Verbo Dei revelato, sive de revelatione facta Prophetis.
Deinde notandum est quoties loquens Scriptura de Verbo, vel Sapientia,
vel verbum creare, facere debent accipi pro verbo producere et
ita debet accipi verbum creare in illo textu Proverbiorum. Et propterea
fortasse magis probata versio loco verbi creavit, substituit verbum
possedit, legit enim Dominus possedit me in initio viarum suarum.
Quod
attinet ad Julium Smirnensem, sciendum est illud non esse a dictis firmum

accepto

authoritati: tum quod solum fuit Concilium Provinciale, et eius acta non fuerunt approbata ab Ecclesia propter confessionem eiusdem Marcelli Graeci, ut testatur est Belarminus in suis controversiis: tum etiam quod damnatum est ab Athanasio, ut refert Hilarius libro de Synodis, quidquid sit de authoritate, et solemnitate huius Concilii dico facile, Filius dici per obsequium in mundi conditione, ut denotet Filius fuisse operatum in conditione mundi per potentiam quam ab alio acceptam non habet, quae expositione sufficienter salvat illa loquutio sanctorum Patrum.

Ad illa verba Christi Domini, Pater maior me est, diversimode respondent Patres Ecclesiae, qui de Christo etiam secundum divinitatem eadem intelligenda esse. S. Hilarius dicit vocari Patrem maiorem Filio sola nominis appellatione, quatenus verba communis existimationis Patrem reputatur esse maius aliquid Filio. Damascenus autem dicit, Patrem esse maiorem Filio, non ratione dignitate, sed origine tantum. Vera tamen et genuina expositio est, Filium ratione humanitatis esse maiorem Patre, et sub ea consideratione, Patrem esse maiorem Filio, quod non obstat, ut Filius ratione divinitatis sit aequalis Patri, ut in Symbolo fidei exposuit Athanasius dicens, aequalis Patri ratione divinitatis, minor Patre ratione humanitatis colligitur quae manifeste ex contextu ipso verborum Christi Domini qui immediate praecedentibus verbis loquitur de se ad Patrem profecturo, atqui profecturus erat ad Patrem, non ratione divinitatis, sed ratione humanitatis, quod ergo et subsequentibus loquitur de se ratione humanitatis et non ratione divinitatis, qua aequalis est Patri, et eodem modo excipienda sunt verba quibus Christus Dominus dicitur servus et obediens, ut ex ipsis textibus liquet. ~~dum Christus Dominus dicitur servus et obediens~~

Qui vero Spiritus Sancti divinitatem negant, opponunt 4°: Deus fecit omnia per verbum; sic in evangelio Joannis 1°: omnia per ipsum facta sunt: ergo etiam Spiritus Sanctus factus est per verbum, sed omne id quod factum est per verbum non est Deus: ergo Spiritus Sanctus non est Deus, et ideo.

8 Confirmatur: quia plura dicunt de spiritu sancto, quae sunt indigna Deo, nam dicitur Spiritus Sanctus orare pro nobis gemitibus inenarrabilibus: dicitur omnia accipere a Patre et Filio. At indignum Deo est, tum gemitibus orare, tum aliquid ab alio accipere: ergo non est Deus haec autem indigna admittant, dicendum est Spiritus Sanctus non esse Deus.

Ad 1um Resp. verba illa ex Sti Joannis exponenda esse per alia quae immediate subsequunt, videlicet, et sine ipso factum est nihil, quod factum est, hoc est nihil factum est sine verbo, ex iis omnibus quae per ipsa facta sunt: et unde concluditur omnia ea, quae facta sunt, per verbum utique facta sunt. cum autem Spiritus Sanctus non sit factus, sequitur aperte, quod non sit factus per verbum, et rursus cum non sit factus per verbum, sequitur, quod non sit creatus Deus. ad confirmationem resp. non esse indigna Deo ea quae dicuntur de spiritu sancto: ideo enim dicitur ille pro nobis orare gemitibus inenarrabilibus quia inenarrabili et invisibili modo causat in nobis gemitus et lachrimarum motus, quibus oremus. omnia autem dicitur accipere a Patre et Filio, quia a Patre et Filio per veram productionem procedit in cuius eradit idem Deus cum Patre et Filio. foret autem quid indignum Deo et contra non foret Deus, si per effectionem dici, nam omnia quae accepit a Patre et Filio mutaret.

Disputatio 2a

an et quatenus intellectus creatus viribus naturae possit trinitatis evidentem cognitionem comparare?

Sectio 1a

Difficultatis punctum exponitur et authorum sententiae referuntur.

Statuto igitur sanctissimae trinitatis misterio, ut a nobis credendum proponitur, et ut in sacris litteris continetur, progredimur ad investigandum illius cognoscibilitatem, hoc est cuius possit intellectus creato viribus naturae notum fieri. in hac vero cognoscibilitatis plures difficultates seorsim examinandae comprehendunt, iuxta pluralitatem cognitionum, quae possunt versari circa idem obiectum. nam primo potest intellectus creatus obiectum aliquod evidenti, et clara cognitione

per-

percipere, potest etiam de eodem obiecto simul probabili cognitione iudicare, servata tamen difficultate et cognitione probabili ad sequentem disputationem; modo solum loquimur de cognitione clara, et evidenti circa misterium trinitatis, rogamusque an ex qualibet creatum intellectum possit cognitionem evidentem de trinitate habere.

Ut autem clarius innotescat scopus disputationis, certum in primis debet esse per ea, et quae sequentur de facto nobis notum esse trinitatis misterium revelatione divina, quod capientes intellectum in obsequium fidei, praestamus assensum, cui cuius certissimam habemus cognitionem trinitatis, obscuram tamen, neque quae authoritati divinae est principalibus. 2° certum est Beatum in Patria evidentissime cognoscere misterium trinitatis, ut ex nomine ipso visionis claræ qua manifestum est. per illam enim intuentur clarissime Deum trinum, et unum, sicuti est in se, ut testatur D. Paulus: videmus nunc per speculum, tunc autem facie ad faciem. 3° videtur certum posse creatum intellectum apprehensionem aliquam, imperfectam trinitatis habere, sicut potest comprehendere obiecta chimerica, quae procul a possibilitate et veritate distant. ceterum ut huius apprehensionis nulla foret de trinitate iudicium. (si foret, potius ad id denegandum inclinabit. ideo P. Montoia oppositum insinuare disputatione 41 de trinitate sectione 5ª numero 15, et revera censeo ab hoc sensu dissentire.

Illius igitur disputationis scopus, quae neque versatur circa cognitionem per fidem acquisitam, nam haec obscura est: neque circa visionem claram, nam haec supernaturalis est: nec circa apprehensionem qualemcumque trinitatis, quia haec nihil de obiecto decernit. Sed circa cognitionem iudicativam sive immediatam, quae videlicet habetur ex ipso obiecto, sive mediatam, quae videlicet comparatur per discursum. Deinde non agitur de intellectu superius illustrato, et roborato, sive per revelationem, sive per aliud donum supernale, sed de intellectu creato suis praecise viribus derelicto. sub qua consideratione

tria ꝯplectitur presens difficultas. Prima, an intellectus creatus naturalis siue humanus, siue etiam angelicus reuelatione diuina destitutus, et quolibet supernaturali alio bono priuatus possit ratione naturali euidentem veritatem trinitatis indagare. Secunda an saltem post reuelationem presuppositam, et illius occasione possit idem naturalis intellectus erigi ad cogitandas rationes, quibus predicta veritas euidenter ostendatur. Tertia an denique possit intellectus in medio aliquo, vel signo supernaturali tanquam in ... trinitatem euidenter cognoscere.

In qua difficultate audiendi non sunt errores Hereticorum per extrema opposita iudicantium de diuinarum personarum cognitione. alii nempe quos tacito nomine refert Montoia disputatione 41 de trinitate sect. 1, et quorum errorem postea suscitauit Maximinus, ut refert et refellit apud eundem Montoia S. Augustinus lib. 2 contra Maximinum cap. 8, qui ita dixerunt, filium non posse proprie videre Patrem, quod scriptum est, Deum nemo uidit unquam: errorem hunc aperte conuincit Christus Dominus Joannis 8 dicens ego noui eum: quod si dixero quia non noui eum, ero similis vobis mendax. extreme oppositum errorem docent Anomei, scilicet se ita Deum nosse, quemadmodum Deus seipsum nouit, addunt quod nullus est differentia scientie, quia et ipse Deus, et nos nihil aliud, quam ingenitus est Deus sciamus. hos refellit S. Chrisostomus quinque homiliis de incomprehensibili Diuina et S. Cyrillus lib. 4 thesauri cap. 1.

His itaque propter minus erroribus quoad hanc difficultatem istarum est theologorum sententia cum D. Thoma non posse creatum intellectum ex sua naturali perspicuitate, destitutum per reuelationem Diuina, et quouis alio supernaturali bono cognitionem euidentem trinitatis acquirere, ita Vasquez 1 parte disputatione 136 cap. 1 ubi Raimundi Lulii opus refert et excusat, qui asseri non docuerit se inuenisse demonstrationes trinitatis, quibus independenter a reuelatione posset conuincere de hoc misterio quoslibet

Gentiles

Gentilis, l. Mahometanus, qui semel illos bene penetraret, d. po-
tius dependenter à revelatione Divina, et illa praesupposita hoc
assertive. quamvis D. Per Montoia disp. citata inter huius authoris
inter errores annumeraverit, propterea, quod ex illius scriptis colligit
eum loqui de demonstratione trinitatis more naturali, et quantum alle-
quor non obscure, dum adeo egregios viros nolo me iudices
constituere: videant ipsos auditores mei, iudicent quia mihi satis
erit ad hanc modo recitare.

Quoad 2am difficultatis s. quod dixe-
runt, supposita relatione divina, et illius occasione posse crea-
tis entis adinvenire rationes evidentes, quibus trinitas personarum di-
vinarum demonstret. qui temporale sententiam de Raimundo
Lucio Per Bosquets hanc illi sic adscribunt, et illius sic
authorem esse dicunt. et in ea ut à suo magistro positus sunt
omnes illius discipuli, qui ab eius nomine appellant Lulliste. quod vero
sit de huius authoris mente sic hanc tenent Ricardus victorinus
lib. 1. de trinitate cap. 4. Hugo victorinus tomo 3. tractatu eru-
ditionis Didascalicae, ubi fere toto libro 3. intendit trinitatem ex creatis de-
monstrari posse.

Solent etiam citari Henricus quodlibeto 8o
quaestione 14, et Alenson Alphabeto 8o litt. H. dum alios quos commemorat ut
notavit Per Montoia. qui omnes dicunt supposita cognitione
cognitis per rationes naturales posse educi iustos theologicos certos et evi-
dentes illatos, quos theologi admittunt. Quia neque coloni quo-
cital, et l. sermo habitus cum communicatione fidei, solus ait quod simi-
ul cum evidentia rationis potest permanere fides. et simul cum fide
clarior evidentia eiusdem rei opponit exempla in Paulo qui raptus
fuit passus est, et in contemplationibus quas per anagogicas extasis illu-
minant. Denique Thoredus sic dicit articulo 4. Scotus docere
videtur, generationem evidenter probari; nam si Deus vere et realiter
se ipsum intellexit necesse est quod vere et realiter genuerit, caeterum

haec doctrina pertinet ad alios locos, ubi de illa iudicium feremus.

Quoad 3. difficultatem docent aliqui sine clara visione Dei non posse creatum intellectum evidenter cognoscere mysterium trinitatis neque in se, neque in aliquo medio aliquo supernaturali. unde colligunt esse prorsus impossibilem etiam de potentia Dei absoluta cognitionem evidentem trinitatis, sive abstractivam sive intuitivam homini viatori. tenet hanc sententiam Pater Vasquez 1. p. disp. 184 et 185. Oppositum defendunt plures alii cum Pater Montoya disp. 42 sect. 3, ubi assignat aliqua media in quibus posse homo viator evidentem notitiam habere de trinitate.

Postremo Scotus docuisse dicitur posse creatum intellectum per media incognita evidenter attingere trinitatem quo ad an est hoc est per cognitionem non qualitatibus. media autem incognita asserit fore species trinitatis ex parte naturalis, et ex parte supernaturalis: naturalis quoad entitatem et quoad effectum, cum deserviret nempe ad cognitionem trinitatis, supernaturalis vero quia infunderetur a Deo praeter meritum et debitum naturae. citat pro hac sententia Scotus in 4. sententiarum dist. 49 quaest. 11, et si credendum est Patri Montoya, nihil ibi docuit ex professo de hac quaestione licet aliquando habeat. verum quod libro 2. sententiarum dist. 3.a quaest. 9 sect. ad quaestionem asserit Angelum posse habere cognitionem abstractivam evidentem essentiae Divinae: quae foret aliquo modo naturalis, videlicet quatenus non esset aliquid pertinens ad ordinem supernaturalis gratiae et gloriae, et quatenus species intelligibilis ad illam concreata esset simul cum intellectu Angelico creato, et illi congenita, sicut aliae species repraesentativae creaturarum; et esset etiam aliquo modo supernaturalis quatenus species ad illam concreata non esset debita naturae angeli neque posset comparari viribus naturae, vel ab aliquo agenti naturali causari praeterquam a solo Deo.

Si tamen bene perpendatur Subtilis Doctoris mens revera neque concedit cognitionem evidentem trinitatis naturalem vel supernaturalem neque sibi ... dum ultima in responsione ad 4. probabilem iudicat angelum

ut

vi tali speciē, et cognitionū, solus ē cognitivus clare, et distincte 44
Dīus eius, n vero personarum trinitatis. Et simul asserat posse
dici cognitionis illa aliquo mō supernālis, et ut sic separare trinitas
unde de cognitione quatenus ~~attingens trinitatem~~ asseritur, n attingere
trinitatis; et de cognitione, quatenus attingeret trinitatis asserat ēē
supernālis. quare superest an numerari debent huius posse
cognitionis supernalis evidentis trinitati; qui quii in modo dicendi
plures de piter impugnatione, quas mō n vacat urgere, quia
ad alia vocamur

Sectº 2a

Verę sententię 1a conclusio.

Ordinis illius servabimus in exponenda doctrina, quem habui-
mus in proponenda difficultate. quare ut illius 2ª sit responden-
dum sit 1a concl. tanta ē sublimitas, et excelentia misterii trinita-
tis personarum in eius esse, et in dū duae eius unitate et nullus
possit intus creatus, l humanus l eius angelicus evidentis de illo
cognitionis habere, precise lumine nāli ductus. concl. concipiunt
ōes theologi cum Sto Thoma. quos inter eos fide certa ait tenent
pr Suarez libº de trinitate capte [illegible] per Quiros tomō 1º in 1am
pts dispe 26 sectº 4 citati pr Valentia Fasol et alii.

inde probant: quod misterium trinitatis in Sacra Scriptura proponitur quod
sit omnino recondidius, additus quam angelis, quod hominibus 1.
nisi revelatione dīna nosse, id testante xpto Dno Matth 11.
nemo novit filius nisi pater neque patrem quis novit nisi filius et cui
voluerit filius revelare. quo testimonio contra side confirmandi
utuntur Julius Nicenus lib 2º lore neque clemens Romanus
epistola ad Jacobus fratrem Dni colum. 18. Cyrillus Hierosoli-
mitanus, Eusebius Caesariensis, Basilius aliique multi quorum
et plurima eorum testimonia in probatione eius de veritati affirma-
ta videre poterit apud Pr Montoia disp 42. sect 3. ēē [illegible]

verba producam D. Dionisii de divinis nominibus cap.te 23 par me-
dii ubi sic ait: nulla monas, aut trias, neque numerus, neque
unitas, aut fecunditas, aut quicumque aliud eorum, quae aut sunt, aut
cognita sunt, arcanum illud summum omnia quae superantis divinita-
tis, quod rationem omnem mentemque vincit, enuntiat, neque eius nomen est
neque ratio, sed in iis adeo quae aditum non est, secretae. Nihil potuit signi-
ficantius proferri.

Sed age igitur rationem premamus nostrae dicendi, quae ita
efformo: quidquid intus evidenter cognoscitur, ideo evidenter cognos-
citur, quia per se ipsum notum est, ex apprehensione ipsa terminorum cuius gene-
ris sunt principia, vel quod evidens fit per aliud medium evidens
et evidenter cognitum: sed misterium trinitatis nec per se notum ut evi-
dens est: tum quod si per se notum esset, sicut est notum per se principium illud
totum est maius sua parte, non latuisset tot Philosophantibus, nec a tot ho-
minibus esset negatum, aut ignoratum, tum quod unum, et eandem essentiam Dei in
tribus personis identificari, tam longe abest ab eo quod sit primum principium
ex ipso terminorum lumine notum, ut potius videatur summe difficile
intellectui naturaliter agnoscenti: ita ut seclusa revelatione, et omni medio
sublata fide, impossibile sit dicere ab eo quod intus si quod videatur op-
poni sive quidditativum principium Dialecticum vel Deum de aliquo, Deum de nullo principium
logicum seu philosophicum, vel plurium verum plures sunt entia
principium denique methaphysicum vel quae sunt eadem uni tertio sunt idem inter se.
Igitur si quae evidens cognitio trinitatis posset haberi naturalis
intus, ea deberet esse per discursum, inferendo videlicet trinitatem
intus, ex aliquo medio evidenti et evidenter cognito: nullo enim
alio modo potest evidens cognitio trinitatis haberi. Discursus itaque

maior est principium Dialecticum Aristotelis in libris de Analisi, et ab omnibus Dialecticis
admissum. minor est sufficienter probata sectione precedenti et consequentia est
bene deducta. Modo progredior: Atque dari medium aliquod naturale

ex

ex quo, tamquam ex ante evidenter cognito, possit intellectus evidenter inferre trinitatem: ergo naturaliter nullus potest intellectus habere cognitionem evidentem trinitatis. ans. subsumptum itaprobat. etenim ad inferendam cognitionem evidentem de objecto duplex tantum potest esse medium, ut ex Logica docet Aristoteles, ea videlicet per quam fit demonstratio a priori, et aliud per quam a posteriori fit demonstratio. Sed trinitati nulla datur causa, seu principium extrinsecum, quod sit medium, ut illa demonstretur a priori: ergo solum restat, quod possit a posteriori demonstrari per effectus ab ipsa productos, et intellectus illius evidenter cognoscat. at qui neque per effectus creatos potest intellectus tamquam per medium evidens, seu evidenter cognitum, cognitionem evidentem trinitatis naturaliter inferre. ergo absolute nullus potest creatus intellectus evidentem cognitionem trinitatis naturaliter adipisci.

Ans. hoc videtur ante ita esse rei difficultas. probatur a facile: nam ex creaturis non licet colligere trinitatem personarum in Deo. quamvis enim ex effectibus creatis demonstrari possit dari aliquod primum principium, a quo cetera omnia dependeant in suo esse, et conservari, cum tamen ipsum a nullo alio accipiat esse. At potentia sit, quod in creatis evidenter Deus, tamen indemonstrabile est virtute huius primi principii, quod una est in se, identificari cum tribus personis, praesertim cum ex creaturis, quae lumine naturali sunt obvia, . Unde ex creatis solum inferre possumus esse unum Deum, seu quod idem est, unitatem Dei: quo sensu debet intelligi D. Paulus cum dicit, quod invisibilia Dei, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. non possumus inferre Divinam trinitatem personarum et ratio est: quia creaturae procedunt a Deo non quatenus trino, sed quatenus uno: fiunt enim per omnipotentiam tamquam per formalem virtutem, quae prorsus et omnino eadem est in tribus personis: tum ergo personarum trinitas, sed potius unitas omnipotentiae, sive ~~unitatis~~ virtutis potest ex creatis demonstrari.

Nec obstat, quod aliqui sint effectus cum Divinitate personarum connexi ex quibus evidenter cogniti possit trinitas evidenter inferri: nam



ng etiã illius nõ effectus q sint extra sphera nalis intellectus neq(ui)
bunt sine reuelatione, aut eleuatione ipsius intus euidenti cognitione
penetrari. hic a solis loquimur de effectibus nalibus oipõtis, qui
sub nali cognitione intus cadere possunt.

Dices: oipõa, seu virtus
hic productiua requirit ex se Dei subsistentiam, seu personas, ut operetur
ad extra, et hec exigentia potest ab angelo lumine nali
cognosci ex illis videlicet, que videt in creatis, ergo et trinitas
personarum. Sed dicendum est quod licet necessaria sit subsistentia ad operandum
inde ad summum colligeret creas unam tantum subsistentiam particulare,
non triplicem; cum ipsa una sufficiat ut producant. Etenim una perso-
na Patris producit Diuinum infinitumque verbum; quare ergo non intel-
ligeret oipõa siue virtus productiua creaturarum sufficienter subsistens
per unam subsistentiam, ut quantum ex parte creaturarum produci possint, si
aliunde perfectio Diuina non exigeret triplicem subsistentiam, ad de
quod angelus tenuisse, quia in rebus quas creatis unicam videt subsisten-
tiam: imo videt triplicem repugnare in creatura cum unica et eadem
natura singulari fieri. Ergo nihil potest ex creaturis inferre circa
Dei subsistentias et trinitatis personarum.

Dices iterum: Ut videt medium
creatum ex quo inferat immediate personarum trinitatem, dabimus
medium extrinsecum creatum illatum, sufficiens que ad cognitionem trinita-
tis inferendam, nempe oipõa ipsa, aut quodlibet aliud prædicatum di-
uinum absolutum: nos per nalis oipõa demonstrat ex creatis, et
rursus connectitur cum tribus personis. Ad quod dicendum est, non hec est mala consequentia.
Deus est oipotens ergo Deus est trinus et unus; si in consequentia teneret etiam
antecedens, cum omnes fere Philosophi cognouerint euidenter oipõtem, cognouis-
sent etiam trinitatem, ut consequens ex illa deductum quod falsum est, ut ex supra
dictis constat: ergo neque intus ex oipõa cognita tamquam ex ante trini-
tatis inferre tamquam consequens. Dices tertio quod si recte argueret ab oipo-



se sola ad trinitatem, modo dicto, hoc etiam ergo iure erit argumentatio legitima, Pater cui nemo est a quo procedit: ergo Pater Deus est trinus; cum tamen illa sit verissimum antecedens, consequens omnino falsum: si ergo hoc non tenet nec 2°.

Dico 3°: quod connexio omnipotentiae cum trinitate tantum est connexio identitatis; non a antecedente ad consequentem: haec tamen insufficiens, quod antecedens veritas includat tamquam pars sui veritatis consequentem, neque praeterea quod liberans dicitur ab alterius. unde praeter solam illam connexionem requiritur consequentia valere. ratio Doctrina doctrine a priori est; neque omnia praedicata Dei absoluta priora sunt in subsistendi ratione, quam praedicata personalia; sicut praedicatum animal prius est in subsistendi ratione, quam praedicatum hinnibile, quod quidem semper convenit cuiusque rationi communis ratione suorum inferiorum; ac proinde competit praedicatis absolutis Dei, quae se habent veluti rationes communes relationibus personalibus. a bene igitur quod est in subsistendi ratione non valet ad illud, quod est posterius: praeterea non non bene valet: est animal ergo est hinnibile: unde ab omnipotentia, quae est praedicatum absolutum Dei, non potest intus arguere, ut inferat cognitionem evidentem trinitatis.

Aliter eludit Lullius vim huius rationis, asserens praeter demonstrationes assignatas, dari aliud genus demonstrationum, quod ipse vocat aequiparantiae, seu ab aequalibus; et per quam potest demonstrari trinitas scilicet per aequiparantiam ad creata. sed contra est, neque tamen quaecumque creatio repugnat misterio trinitatis: ergo nulla potest in creatis relucere similitudo, vel aequiparantia ex qua demonstrat in Deo misterium trinitatis. probatur 1°; et urget magis: ratio praecedens ratiocinatione desumpta ex D. Dionysio, qui asserit in libro de Divinis nominibus et libro de mistica theologia, docens tripliciter posse creatum intus ex cognitione creaturarum pervenire ad Dei cognitionem 1° per ablationem imperfectionum, quas cernimus in creatis: hoc modo cognoscimus Deum esse increatum, incorporeum, infinitum et alia: 2° terum

cu rō natū nulla ex pte possit cognoscere, carentiā trinitatis ēē imperfectionē et ex inde removendā ā Deo, fit, quod per ablationē imperfectionū n̄ possit rō nalis in Deō demonstrare Trinitatē personarū in creatis.

2° per supereminentiā perfectionū, quas videmus in creatis, quatenus q.d. ēst perfectionis in creā, supereminentiori modo debet in Deō reperiri. hic modus cognoscendi n̄ deservit ad demonstrationem trinitatis ex creatis. q. nulla datur earū, in qua reperiat perfectio trinitatis, quæ Deus supereminenter contineat. unde nec ex hoc capite potest rō nalis evidenter colligere trinitatem ex creatis. 3° cognoscendo Deum, tanquam cā ex creatis, tanquam ex effectibus, hic modus cognoscendi solū ostendit Deum ut unum, et n̄ ut trinum, ut jam vidimus. ergo ex creatis sub nulla consideratione potest rō nalis manuduci ad cognoscendum evidenter Deum ut trinum.

3° probatur eadem concl°: q. aliquæ veritates sunt, quæ superant cognitionem intellectus nalis creati. ergo veritas trinitatis, quæ vincit omnes alias difficultate et excelentia, superat vires nales viri entis creati. consequentia tenet a fortiori. antecedens probatur, præterquam constat ex cap. 3° Ecclesi., ubi dicitur plura superiora sensu hominū ostensa sunt illi. probatur; n. dubium est pertinere ad oipotentiam, et infinitatem Dei, quod mira possit, quas humana mens potest percipere. d. fratris q. Dmund. theologorum oppinio docet, entia supernalia creata n̄ posse per cognitionem evidenter demonstrari ab intellectu nali creato n̄ suffulto dono aliquo supernali. ergo multo minus poterit evidenter cognoscere trinitatem, quæ sine dubio superat excelentia et difficultate quæcunque, supernalia nulla ergo cognitione indicativa evidenter trinitatis potest comparare nalis intellectus sui proprie viribus adiutus immediatis, l. mediatis intuitivis, l. abstractivis quocunque sensu talis compelet.

Sexto 3a

Quae restant eiusdem verae Sententiae conclusiones.

Neque vero censeo, me plus iusto fuisse detentum in probatione praecedentis conclusionis, quae per se facilis ad mysterii obvia sit, non videbar indigere tanto labore. Et nisi nos hoc ipsum indicemus, credibile non nostrum laborem non censuimus; eo quod, cum reliquarum conclusionum probationes fere omnes ad hanc eandem propria reducenda sint, oportuit semel eorum vires ostendere, ut et inde dicendi cum hic applicent.

Secunda pro primae difficultati proposita sit 2a conclusio: neque enim supposita revelatione Divina supernaturali potest creatus intellectus invenire demonstrationem evidentem mysterii Trinitatis: unde neque catholicus potest cogitare rationes naturales evidentes esse, vel in aliquo medio naturali, quibus ipse cognoscat evidenter, vel alios valeat convincere de hoc mysterio. Haec conclusio contra Tullium et alios sectatores, qui oppositum afferunt. Et est communis omnibus aliis theologis cum Sancto Thoma ut refert P. Suarez libro 1o de Trinitate cap. 12, et P. Montoia disp. 43, sect. 2a ubi congerit ad illius probationem plures sanctorum Patrum auctoritates.

Ante probationem conclusionis noto, revelationem nomine in re praesenti posse venire quamcumque propositionem obiecti factam per testificationem alicuius personae docentis, modo propter assensum, modo non: sic accepta revelatione potest fieri per Deum in intellectu vel in imaginatione per angelum, vel tamquam exterius per hominis doctrinam, aut vocem, et etiam per visionem angelorum. Proprius modo iuxta sacrae scripturae intelligimus in praesenti nomine revelationis illustrationem interiorem supernaturalem infusam a Deo, quae sufficienter proponat intellectui obiectum revelatum, et efficaciter inclinet voluntatem ut illi praestet assensum iuxta illud Mathei 16 *caro et sanguis non revelavit tibi sed Pater meus*: in hoc sensu accipit nomen revelationis Vasquez [illegible] cap. 8o et illa sit accepta quandiu nostra conclusio [illegible] quamquam revelationem luminis supernaturalis maior sit virtus ad illuminandum intellectum

+ nomen.

